



Slad

E libris  
**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii direttore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

173

CARMEN  
DE  
EXCELLENTIA OPPIDI  
BETHLEMI  
SCRIPTVM  
A  
IOANNE MARTINO RIEDEL

---

ILFELDAE

---

LITTERIS COELERIANIS  
CID ID CC XXVIII

AK



CARMEN  
EXCELLENTIA OSIDI  
ARTHEMI  
SCRIVAM  
A  
IOANNE MARTINO RIEDEL

LEIPZIG  
VERLAGS-BUCHHANDLUNG  
C. O. WELTE



\*\*

**D**ic mihi Musa urbem, qua non praestantior orbe  
in toto terrarum vlla est, pauperrima longe  
quae potuit nutrire DEVM, Regemque supremum  
atque ducem sancti coetus, qui crimina nostra  
morte sua deleuit, qui cacodaemona vicit  
infernaum penetrans. Magnum et memorabile nomen  
vrbs tam paruae sedes cui maximus aether!  
Oppidulum paruum fit summi regia regis,  
quo nihil est maius, toto qui maior olympo,  
qui maior terra domus haec vilissima praebet  
toti orbi vitae panem, veramque salutem  
BETHLEMVM monstrat natum genetrice puella  
magnum MESSIAM, quem Patres cernere dudum  
optarant, qui terror erat magno ASCALONITAE.  
Hic natus, qui vita, salus, spes vnica mundi  
vnica progenies, aeterna parentis imago.  
Hic natus DOMINVS, qui CROESO ditior ipso  
thesauros toti terrae, qui porrigit orbi  
thesauros, queis nil poterit pretiosius esse,  
quales sunt: PAX IN DOMINO, IN DOMINOQVE TRIVMPHI  
LAETITIAEQVE merae diuinaque munera plura  
vrbs non vlla fuit parua hac locupletior vrbe  
nulla vrbs potuit thesauros promere tantos.

Hacc

Haec vrbs est, quam per MICHAELAM SPIRITVS ipse  
SANCTVS prae reliquis in sacro codice laudat  
vrbibus. Haec SOLYMIS, haec amplior vrbe Quirini.

• Haec vrbs est, in qua sanctus HIERONYMVS olim  
optavit tandem mortalem claudere vitam.

O BETHLEHAEMVM! O PRAESEPE! O PATRIA IESV!  
non mea musa valet praeconia dicere digna,

TE, TE reginam mundi si dixerit ipsam.

Quod reliquum est magnas tibi promo pectore grates


O VERBVM, caro quod factum es, DVLCISSIME IESV,

praecipue hoc festo fac fit tibi BETHLEHAEMVM

hocce meum pectus dignans habitare in eodem.

Hocce meum pectus totum tibi consecro sedem

huic TV semper eris gratissimus incola, IESV.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
rest. nicht vergeben!



1077

R.40





179


CARMEN  
DE  
EXCELLENTIA OPPIDI  
BETHLEMI  
SCRIPTVM  
A  
IOANNE MARTINO RIEDEL  

---

ILFELDAE  

---

LITTERIS COELERIANIS  
CID ID CC XXVIII



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

